



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

111. Ex Gallia per literas interrogatus fui de hoc casu. An Titius contraxerit irregularitatem dum consuluit Petro ut ad duellum vocaret Paulum, si Paulus postea interfecit in duello Petrum? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

habetur, sed in casu dubio, an consilium in effectum inflo-
rit, illiisque fuerit causa inquit Avila *conclus. 5. Hen-*
riquez lib. 4. c. 16. num. 3. Sayr. de censur. tom. 1. l. 7. c. 3.
num. 2. Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. disputat. 4. l.
num. 17. & lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 42. in fine, ab
ipso inter consulto, & ex aliis conjecturis colligendum
esse. Sic enim homicida inimicus erat capitalis occisi,
vel etiam mortem ante datum consilium minatus fue-
rat, vel necessaria ad patrandum delictum preparave-
rat, aut interfectus procellerat etiam iuste adversus
interfectorem in causa criminali testificando, denun-
ciando, vel accusando, seu instigando alium, suffi-
ciens causa est, ut iudicetur consilium tuum nullius
efficacitatis fuisse; Item si ipse consultus asserat se non
esse motum a tuo consilio ad patrandum delictum, ne-
que quoad substantiam, neque quoad modum, liber
eris ab irregularitate, secus si contrarium testetur. De-
bet tamen esse vir, cui merito possit fides adhiberi,
ut inquit Sanchez *l. 1. in Decalog. cap. 10. num. 44.* Si
autem omnibus pensatis dubius es, an consilium in-
fluxerit, teneris te irregularem reputare, quia semper
presumendum est consilium operari, dum contrarium
non probatur, quippe est causa de se efficax, & mo-
tiva voluntatis. Ut notavit Covarruv. *dicta 2. par. §. 2.*
num. 2. vers. in eo vero casu. Avila, & Sanchez *loc.*
allegat. Quamvis contra sentiat Henriquez *lib. 14.*
cap. 14. num. 3. & cap. 16. num. 3. in Glossa litt. D. &
Gibalinus de irregulari. capite 4. quest. 1. conclus. 1. l.
num. 31.

7. Et tandem non desera hic apponere casum de
quo per litteras his diebus ex Germania interrogatus
fui, an Clericus incurrat irregularitatem si existens in
exercitu det causam propinquam, horteturque non
solum ad fortiter agendum, sed etiam ad occidendum,
respondi negativè, quia relaxatum est jus commune
decernens eam irregularitatem. Et deducitur ex *cap.*
Peritio tua, de homicidio, ab absurdoque probatur: nam
alias omnes laici, qui innumeri sunt, pugnantes in
bello iusto, non occidentes, nec mutilantes hostem,
manerent irregulares, quod nec praxis probat, nec
ratio, at hi laici etiam hortantur se invicem, quod
moraliter semper contingit; ergo in bello iusto ex
hortatio ad pugnam, & occasionem non contrahitur
irregularitas. Quod si à laicis contrahitur, nec à
Clericis contrahitur; in hoc enim pares sunt, licet
sint dispates in eo, quod laicos non dedecet propria
mano pugnare, sicut Clericos, nisi in urgentissimo
casu ex præscripto Pontificis.

8. Limitant hoc assertum Pater Avila, & Hen-
riquez quod non liceat Clerico hortari in bello mili-
tari, ut occidat hunc hostem in particulari, quia hæc
est intentio multum specialis homicidij. Sed incon-
sequenter philosophantur, nam si semel concedatur,
non incurrit à Clerico irregularitatem, etiam si horte-
tur ad homicidium, & sit causa moralis illius in com-
muni sumptu (quod esset sufficiens causa incurrendæ
irregularitatis, nisi esset relaxatum, aut dispensatum
jus inducens illam, quoad bellum iustum) cur incur-
ret, etiam si sit causa moralis homicidij in particulari.
Et cur quoad hoc non erit jus relaxatum, aut dispen-
satum, cum Pontifices non distinxerint, nec restrictio-
nem apposuerint: Nec video eam intentionem spe-
ciali magis dedecere Clericum quam communem,
cui potius hæc in plura homicidia feratur, ideoque
videatur potius à lenitate deficere. Quare hæc limi-
tatio rejicienda est.

9. Ita doctus Pater Mendo in *Bull. Cruciat. disp. 10.*
cap. 2. num. 18. qui etiam *num. 20.* subdit posse Cleri-
cum esse à consiliis rerum bellicarum, dum tamen
non assistat iudicio, si quando est ferendum pœna ca-
pitalis, aut mutilationis alicujus delinquentis punien-
di, qui non sit hostis in ipso prælio deturbandus. In-

ferat secundò vendentes, aut donantes arma, etiam
offensiva ad bellum, licet in ipso consilio illa suppe-
dient, indeque occisio sequatur, non manere irregu-
lares, quia jus nolit pugnares in bello iusto, nisi
occidant, aut mutilent, incurere irregularitatem,
quare eam non incurrent Clerici, qui actu præstanti-
bus suppeditant missilia, hastas, aut similia; quantum-
vis ratione indecentiæ, si necessitas abest, non debeant
hoc præstare; imò prohibitum illis esse cenleo, ar-
gumento textus in *cap. sententiam, super relata.* Si ta-
men in bello iusto id facerent, imò & propria manu
pugnarent, & percuterent, dum non occiderent, aut
deformarent, non manerent irregulares, ergo pecca-
rent. Hæc omnia Mendo, quæ sunt valde notanda,
quia non passim obvia.

RESOL. CX.

Si quis consilio Petri ausugit in quadam obsidione à Ca-
stris, qui captus postea suspensus fuit, quaritur, an Pe-
trus incurrit irregularitatem?

Et ex doctrina hujus difficultatis alij casus inferuntur
ad incurrendam, vel non incurrendam irregularitatem
in illis ex consilio. Ex part. 7. tract. 10. & Misc. 1.
Ref. 30.

§. 1. **R**espondeo negativè cum Caspensi in *Curs.*
Theol. tom. 2. tract. 2. §. 8. num. 38. ubi plu-
res casus benignè explicat, quoad contractionem ir-
regularitatis, ideo apponam ejus verba, sic itaque al-
leget. * Inferitur enim qui non impedit homicidium,
quod ex justitia tenetur impedire, non incurere irre-
gularitatem, etiam si ex dolo non impediat. Ratio est,
quia licet ista causa sit moralis, seu voluntaria homi-
cidij, quod non impedit, & consequenter influat mor-
taliter, & voluntariè in illud; nihilominus non est
causa positiva influens positivè, vel opere aliquo, vel
auxilio, vel consilio; & in jure hæc irregularitas non
fertur, nisi contra verè, & positivè homicidas, saltem
consilio, aut animatione, non verò contra non impe-
dientes; & ob eam rationem, qui sciens non contra-
dicat volentibus alium occidere in vindictam injuriæ,
ei illatæ, non incurrit irregularitatem; neque Sacer-
dos qui sciens mulierem prægnantem à se redditam,
abortum procurare, illam impedire non studet; quia
in his casibus permittentes homicidium, sed non im-
pedientes non influunt positivè, & à fortiori non est
irregularis, qui alteri suadet furtum, cui scit impe-
dere supplicium mortis, quia non peccaret contra
justitiam circa mortem inferendam latroni, sed con-
tra fortitudinem, quia consulit illi quando, & quo-
modo non oportet, ut se exponat periculo vitæ; Ita
Vasquez *1. 2. disp. 100. art. 8. dub. 5.* & reddit ratio-
nem, quia hoc modo non est causa homicidij positi-
vè influens, sed tantum peccat contra fortitudinem,
suadendo illi, ut se offerat periculo vitæ sine causa;
nec is dicitur homicida per se, & propriè in jure ad
effectum irregularitatis. Idem est de consulente alteri
in bello fugam, cui est annexa pœna mortis, quam-
vis sciret fugientem exponere se periculo capturæ, &
etiam de consulente alteri, ut fugiat à carcere, à quo
sub pœna mortis fugere non potest, vel ut effingat
carcerem, qui effractioni esset imposita pœna mortis,
& juxta hæc possunt resolvi plures casus. Hucusque
Caspensis, sed recognosce meipsum in *tract. de irre-
gul. opposito in 4. p.*

RESOL. CXI.

Ex Gallia per litteras interrogatus fui de hoc casu. An
Titius

distinção nulla apud nos est, ubi eadem paria reputantur. Itaque si ex modo copulæ, & foemine debilitate, aliisque circumstantiis potuit, & debuit suspicari periculum abortus, illique ut suæ indulgeret intemperantiæ se exposuit, consequuto deinde homicidio, reus illius est contra quintum Decalogi præceptum, & fit irregularis, siue maritus, siue adulter fuerit.

7. Nota tertio, qui foeminam ad se venire iubet per recta, aliavè loca periculosa, unde imprudens sibi mortem conscivit, aut si prægnans erat, foetum excoisit, non fit irregularis, quia iste siue Clericus, siue laicus (malè enim DD. aliqui solita ista distinctione utuntur hoc loco) non consuluit huic mulieri, ut se ipsam occidat, ut abortiat, neque ut causam necessariam connexam cum abortu, aut suo interitu suscipiat, quamvis aliquod periculum sit quod tamen vitare poterit, si ipsa caute, & prudenter se gerat: quare sibi imputet si sua culpa aut peccat, aut abortiat, non tamen amarius, à quo invitata fuerat, dicitur propriè, & verè illius, aut foetus ipsius homicidia ad effectum irregularitatis, cum revera illud homicidium non consulerit, si tamen ipse secum traheret foeminam aut funem tenderet, aut explanandum iter suscepisset, aut removenda offendicula, quæ occurrerent, aut facilem transitum dixisset, unde illa credula incautus se gessisset, aut non adfuisse amarius ad horam conditam, ut opem ferret, illaque vel se delusam suspicata, vel metu exterrita concedisset, existimarem hunc esse irregularem, non ratione consilij veniendi per ejusmodi iter periculosum, sed quia ejus casui, cædi, aut abortioni re ipsa fuisset cooperatus.

RESOL. CXII.

An quis incurrat irregularitatem, quando alteri consilium dedit, ut verbi gratia intraret duellum vel occideret inimicum, & is, cui dedit consilium, occisus est?

Item dicendum est de mutilatione. Ex part. 4. tract. 2. Ref. 12.

§. 1. Casus potest esse frequens, & affirmativam sententiam docet Suarez de censur. disp. 44. sect. 3. num. 78. à qua nec speculative, nec practice putat esse recedendum. Idè tenent Navarrus & Coninch penes Hurtadum ubi infra, quibus adde Petrum Cornejo in 3. part. D. Thom. tract. 5. de irregul. disp. 1. dub. 2. q. 2. n. 3. Avilam de censur. part. 7. disp. 6. sect. 2. dub. 3. conclus. 4. Sayrum lib. 7. c. 3. n. 3. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 2. 1. diff. 20. n. 10. ubi sic ait: [El que aconsejó, o mandó à uno que matasse à otro y sucedió al reves que otro le mató a el queda irregular, la razón es porque así como el que aconseja à otro que se mate siguiendo el efecto queda irregular, así también el que injustamente pone à peligro de muerte, porque en cosas morales lo mismo es hazer y ponerse à peligro de hazer; luego lo mismo se ha de dezir de aconsejar y mandar.] Ita ille.

2. Sed contrariam sententiam ut probabilem novissimè tuerit Turrius de cens. lib. 9. disp. 63. dub. 4. ubi adducendo plures rationes pro hac firmanda sententia, eandem sic ait: Novi viros doctissimos hujus ætatis qui hanc sententiam ut veram sequuti sunt, alij qui ut acutam & probabilem laudarunt, & mihi videtur satis probabilis. Ita ille, & post illum hanc opinionem docet etiam doctus Hurtado disp. 2. de irregul. diff. 6. n. 2. ubi sic ait: Adde contra Navarrum & Coninch, qui mandantem, aut consulentem aliquem ut occideret alium (& idem est de mutilatione) non esse irregularem adhuc ex homicidio casuali, etiamsi mandatarium,

aut consultarium, seu consilium accipiens occidatur ab altero, quem invadit quia in jure non est lata irregularitas nisi ob mandatum, aut consilium, quod quis mandat aut consilium aliquem ut vel seipsum, vel alterum occidat sequuto effectu. In præsentem autem casum mandans, aut consulens non mandat, nec consilium invadentem occisionem ipsius, sed aliter: sicut nec mandatarium, aut consultarium seipsum occidit (quamvis constituitur in occasione & periculo ut occidatur ab altero, & ob id peccat contra fortitudinem, quando id timet prudenter, quia verè non apponit causam ex se ordinatam ad homicidium, & independentem à voluntate aliena, quod erat necessarium ut diceretur seipsum occidere. Hæc omnia Hurtado. Sed sciat etiam Lector hanc sententiam ante Turrianum & Hurtadum docuisse sapientissimum Vasquez in 1. 2. tom. 1. disp. 100. q. 73. art. 9. dub. 3. n. 45. ita asserentem: Qui alteri suaderet furtum ex quo scit illum puniendum pena mortis, non incurreret irregularitatem, quia non fuit causa homicidij irregularitas verò non est in jure inflicta propter consilium, quo quis alterum movet, ut se morti offerat, sed propter consilium, quo quis movet aliquem ad occidendum alium, aut etiam seipsum, quia est consilium directè tendens ad occisionem ipsam, tamen si in opinione positum sit, utrum seipsum occidere sit contra fortitudinem, aut contra justitiam: consilium autem traditum ei, qui occiditur, quod non tendit ad mortem nisi ratione periculi, quod incaute aggreditur, non videtur in jure prohibitum, nec is dicitur homicida præse & propriè in jure ad effectum irregularitatis, sed ille solum qui consilium præbet occidendi aut seipsum, aut alterum. Ita ille, qui apud me instat multorum est. Vide etiam Henricq. lib. 14. c. 16. n. 1. qui eandem sententiam docet, quam etiam novissimè probat Præposit. in p. 3. q. 5. de irregul. dub. 10. n. 78. Vnde hæc opinio satis probabilis remanet adversus Suarez. Sed tu ne discedas à prima opinione tanquam probabiliori & tutiori, quia iste ut est vera causa moralis, incurrit irregularitatem hujus speciei: si verò non intendebat ejus mortem, incurreret irregularitatem homicidij casualis.

RESOL. CXIII.

Quidam mandavit Petro, ut occideret Caium, non cogitando aliquid de morte Petri, & verisimiliter credere poterat non esse sequuturam, quia Caius longe debilior erat Petro.

Accidit vero, his non obstantibus, quod Caius occidit Petrum. Interrogatus fuit, an mandans incurreret irregularitatem, ita ut non possit amplius ministrare, quia jam erat sacris Ordinibus initiatus? Et an in dicto casu Episcopus possit dispensare, virtute Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. Ex par. 2. tract. 15. & Misc. 1. Ref. 17.

§. 1. Respondi, communiter DD. contra mandantem respondere, asserunt enim, in irregularitatem incurrisse, teste Bonac. ubi infra. Ita Sayrus de cens. lib. 7. cap. 2. num. 12. Reginald. in praxi, tom. 2. lib. 30. tract. 2. cap. 11. sect. 1. n. 126. Navar. Cov. Artila, Tabiena, Sylvestre, Maiolus, Vival, Summa Confess. Ygolin. & alij. Probatur, ait Tabiena, ver. irregularitas 2. §. 12. quia fuit in culpa, & hoc evenire potest, debuit cogitare.

2. At mihi contraria opinio Henriquez lib. 4. capite 16. num. 1. lit. K. probabilis videtur, sicut etiam probabilis, visa est Bonaciaz de censur. disp. 7. quest. 4. punct. 7. num. 17. Imò, & Avila de censur. part. 7. disp. 6. concl. 4. stat pro nostra sententia; nam contra Sylvium.

med. & in tom. 3. tr. 5. ref. 91. §. Sed ego, ad med. a ref. 20. it. regularitatem incurrit.

Sup hoc legè doctrin. ref. præterita, & si placet etiam ref. ejus primæ not. & signanter in fin. ref. seq. & in to. 3. tr. 5. ref. 91. §. Sed ego, ad med. a ref. an irregularitatem.